



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

19. Dies Aprilis. Genus ultionis est; eripere ei, qui fecit, contumeliæ voluptatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Aprilis.
stygiarum

tur com

rtuna;

num ad

culgura

si non

licere,

i qui dan

n sint con

quàm con

per se?

Alta lapa

go, ut lapa

feret, qu

feret? Im

nde hanc

vitium, v

nus? mo

ignotum

ndum et

Paucis

corrigere

ce: sic co

ciendus

ere velle

m profu

at in mor

absterge

s retulit

rentur

toribus

de

Tessera.

295

Aprilis.

des nulla habeatur. Quanta est amentia, timere ne te opprobriis lacerent amentes, & improbi; ne infame-
ris ab infamibus. Nunquid te facient malū, quia lo-
quantur de te mala? si tibi bona sit conscientia, quid
tibi oberunt malorum convitia? Habebit mercedem
tua paciētia, si oblivioni detur illata injuria. Sicut ni-
hil est deformius, quàm respondere furiosis: ita nihil
utilius, quàm tacere provocantibus. Nullus erit finis
inimicitii, nisi ad tempus obtemperemus iratis. Hoc
pacto, è duobus alterum proculdubio consequeris:
aut inimicum tuæ mansuetudinis exemplo mitiorem
reddes; vel certè, si despexeris, acrius illum vindicabis.
Quidem adversario durius esse potest, quā se con-
temni à te: id fiet, cū te videbit animū gerere con-
vitiis omnib⁹ altiorē; nec te plus curare illius linguæ
petulantiam, quàm molossus catelli latratum. Quid
mirum est, si malè de te loquantur, qui sunt mali, qui
benè loqui nesciūt; faciunt illi, non quod mereris, sed
quod solent. Denique qui convitiatur, vel te ridet, vel
te monet: si monet, profuit; si ridet, modò velis, non
obfuit. Summa documētōrū tota est in hac Epigraphe.

Si vitio careas; reprobi convitia spernas.

19. DIES APRILIS.

Genus ultionis est; eripere ei, qui fecit, con-
tumeliæ voluptatem. *Seneca de Constant.*

Sapient. cap. 17.

Contu-
melia.

I. **V**iolationi famæ, succedit vio-
latio Honoris; quocunque
modo fiat, uno nomine

Contumeliæ indigitatur: eò quod alte-
rius Honor non proteratur absque contemptu à

T 4

quo

quo dicta videtur contumelia. Certè omnium gentium literæ Contumeliam ita pingunt, & tamen tris coloribus adumbrant, ut nihil eâ videatur contemptibilius. Ex mente Paulini: est (a) importunus vacui culicis murmur. Suffragio Synesii: (b) est Cadurorum susurrus. Calculo Pindari: (c) est vulpæ gannitus. Iudicio D. Chrysostomi: (d) est muscarum bombus; & alibi ait esse (e) scarabæorum sonitus, alibi (f) garrum satanæ. Hæc sunt egregia pigmenta quibus exprimuntur hujus furia lineamenta. Quibus igitur illis detestabilius, qui convitiis, maledictis contumeliis, in alios jaciendis, ut Mithridatis venenis pascuntur? qui hominum nomen, atque famam impunitâ licentiâ lædunt, linguaque dentatissima rodunt. Colligunt avidè rumusculos omnes è torstrinis otiosorum, è circulis impudentium, è tricliniis ganeonum, è conventiculis Hæreticorum, è famulis libellis, & perditorum hominum volantibus charientum addunt de suo, interpolant, & consuunt, & malitiæ fatum coagmentant.

II. Sed si velis illi, qui fecit contumeliam, eripere illius, quam inde expectat voluptatem, & ita egregie ulcisci factam tibi injuriam, oppone illi tuam, quam quanimiter feras, patientiam. Tunc illa non secus tundetur, quàm telum aliquod in petram durissimam libratum, & obtusum. Concidet enim ibidem irrita opera, & subinde percussus in eum, qui emisit, reciproco impetu læviet. Nempe idcirco quis te lædit, ut doleas; quia fructus dolentis, in dolore est læsi.

(a) Paul. Ep. 1. (b) Synes ep. 44. (c) Pindar. Pyth. odi. 2. (d) Chrysos. ho. 2. de Prophet. obes. (e) Id. in Psal. 49. (f) Id. in Psal. 100.

Aprilis.
nium ge-
tamen-
eatur co-
oportum
b) est Co-
st vulpu-
muscarn-
nitus, alia
pigment-
ta. Quid
male dicit
latis vene-
ue famam
ntatissim-
nes è tor-
a, è triviu-
è famod-
is charis-
nt, & mu-
n, eriper-
ta egreg-
m, quae-
n secus re-
urissiman-
dem irru-
emissit, re-
s te laedit
e est laedi-
Ergo
lar. Pyrh-
d. in Psa-

Aprilis.

Tessera.

297

Ergo cum fructum ejus evertis non dolendo, ipse necesse est amisso fructu, doleat. Hinc Diogenes, dicentibus. *Hi te vident*, respondit; *Ego autem non rideor*. Id sibi persuadere debet iratus, non se contemni; sed potius eum, à quo læsus est, esse contemnendum. Hinc & Lyfander, cuidam peregrino contumelias in illum conjicienti, dixit: *Crebro ista dicito, dicito absque intermissione, si fortassis animi tui mala, quibus plenus videris esse, possis egerere*. Talia ergo cum audis, non quid illum dicere, sed quid te facere deceat, attende. Quid, quod plerumque justo Dei iudicio, contumeliis, qui alios afficiunt, ab aliis, & ipsi afficiuntur. Itaque multi, cum alios infamant, ab aliis infamantur.

III. Accipe quædam è multis. Iphicrates, Hermodio ignobilitatem exprobranti, respondit: *Mei generis nobilitas à me incipit, tua autem in te desinet*. Simile quid reposuit Anacharsis, cui, cum Atticus quidam objecisset, quod esset patriâ Barbarus, utpotè Schyta, dixit: *Mihi quidem probro est patria, sed tu patriâ*. Sic Androchychas increpitus à quodam, quod in acie claudus descenderet: *Pugnare, non fugere, proposui sibi esse*, respondit. Sic aliquando percussum telum contumeliæ, in auctorem repercutitur. Adeoque non rarò confunduntur, qui alios volunt confundere, quive sarcasimis amaris, seu convitiis & sibilis, aut quibuscunque linguæ venenis eos aspergunt. Ut Olympiæ porticus vocem acceptam, arte septies reddit; undè hebraphonon oppidani vocant: sic quosdam, si uno tangas convitio, sexcenta regerunt. Nulla enim est pars corporis, quàm lingua, ad nocendum promptior, ad frænandum difficilior. Si

T s

non

non solum in seruo, verum est illud Satyrici: *Lingua mali, pars pessima servi*. Sed in plerisque etiam liberis, quibus nihil pejus dedit Natura, quam linguam. Bella, doli, adulteria, corruptelæque omnes penè cessarent; nisi lingua, malum semen & spargeret, & foret. Interim dum aliorum laceratis contumeliis, impeteris opprobriis, sit tibi in solatium illud, quod panxit felici venâ Poëta metrum:

Ladere nulla probum possunt, mordenti aprobra.

20. DIES APRILIS.

Non est prudentis odisse errantes; alioquin ipse sibi odio erit. *Seneca epist. 99.*

Odium I.
proximi.

Quia ex Justitia debetur proximo Amor; hinc oppositum illi est vitium Odium. Et porro odium, partus furiarum; virus pacis; mater discordiarum; civile naturæ bellum; officina ærumnarum, contagies scelerum; gymnasium maleficientiæ, alvearium fellis; particula charitatis, proditio universi. Nec tantum est tantum malum, sed syllabus malorum. Per odium, sacrilegio offendimus naturam contra fas, & ordinem mundi, cujus membra omnia Sacramento amoris consistunt, & se quasi amando sustinent. In primis, elementa, licet æmulis ferantur incursum, se tamen diligunt: ne sibi noceant, recedunt in remotum, ut sic, quoad possint, rixæ occasionem vitent: malunt loco cedere, malunt fugere, quam repugnare.